

BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII


696

of Memo

es Mémoires

du XVIII

Siècle





1174
6
APPLAUSUS

JLLVSTRISSIMO AC REVERENDIS-
SIMO PATRI AC DOMINO

D. MARTINO SZYSZ-
KOWSKI FELICIBVS AVSPICIIS
EPISCOPATVM PLOCENSEM
INGRESSO.

Debitæ obseruantiaë ergo A
SEMINARII DIOECESANI
necnon alijs Rhetorici Poë-
ticiq̄ue Gymnasij gratula-
bundis Alumnis.

IN COLLEGIO Societ. IESV.

POLTOVIENSI EDITVS.

Superiorum permissu.



BRVNSBERGÆ,

Excudebat. Georgius Schönfels

Anno Dñi cl. lcc. lxx.



437



INSIGNIA GENTIS.

M

M.

S.

D.

G.

E.

P.



Ancipitem gladium Neomeria cingit utrinq̄s,
 Hoc tibi, SZISCOVI, quàm benè stemma quadrat:
 Lux es, & illustras pietate, regisq̄s minores:
 Quod reserasq̄s solo, comprobat omne polus.

PAVLVS KARSKI.

XVII - 696 - 19

ILLVSTRISSIMVM AC REVEREN-
DISSIMVM IN CHRISTO PATREM AC DO-
MINVM D. MARTINVM SZISCOVIVM.
EPISCOPVM PLOCENSEM.



IC noster Apollinaris labor Illustrissime ac Reueren-
dissime Domine, quem vnus, literariz totius nomi-
ne Palæstræ (cuius olim alumnus, nunc TVTANVS
existis) tibi gratulabunde, omni cum animi demissio-
ne offero, minor est tuorum amplitudine meritorum,
nostro autem Apolline maior omnino existimari de-
bet. Siquidem vt cuiusq; præstantiam virtutis verbis

exprimere, aut ingenio assequi est difficile, sic tuas, qui Numinis diuini,
& Religionis amore inflammatus, patriæ commoda procuras, laudes re-
censere est perquam operosum. Testatur hoc Luccoria, & reformatus a-
ger status Ecclesiastici, dum omnem carduum è medio frugis pullulan-
tem, morumq; integritati officientem, radicitus euellere es conatus.
Vbi & feruoris in Numen sempiternum magnitudinem, qui & quan-
tus exæstuet in te, demonstrasti, & salutis proximorum, veluti lucente
in tempestuoso Oceano face, opportunū subsidium attulisti, Testabitur
& hæc quam recens nactus es Sparta, dum eidem, ne quid detrimen-
ti, plurimum autem ornamenti capiat, prouidebis. Certe, si in Alexan-
dri imagine efformanda, Orbi vniuerso edictum fuit, vt eam vnus dun-
taxat Polycletus ære duceret, vnus Apelles coloribus exornaret, vnus
Pyrgoteles calamine excluderet; quid, quæso, facto opus esse censē-
dum sit, dum non formam oris penicillo, sed feracia & inaccessa animi
tui Tempe panegyrisi condecorare attentamus? Namque tuarū splen-
dor virtutum, ob excellentem illustrium multitudinem factorum, eo
est fastigio collocatus, quo vix acumine rationis, ne dicam orationis sty-
lo, cuiquam penetrare sit integrum. Grandius quo circa & exquisitius
vt tu tuis coloribus depingaris, molimen requiritur, quam fuerat Po-
lycleti solertia, Apellis industria, & Pyrgotelis ingenium in Alexandro
delineando. Et quamuis de te quod volumus dicere minimè valemus,
sufficit, tamen ut quod possumus, velimus. In re enim hac tam graui &
grandi etsi non assecuti sumus, quod volebamus, vt assequeremur tamē
gloriosum fuerit contendisse. Excipe itaq; hos iuuentutis tibi gratu-
lantis applausus, atq; gestiētis animi, quæ tibi ob illustrem virtutis splē-
dorem, deferimus, indicia, tuo fauore, patrocinio, autoritate non gra-
ueris comprobare.

STANISLAVS KRASINSKI.

ANATHESIS ET APÆTHESIS.

Matrona letus ouat lituo *DIVI* atq₃ tiara,
Cui nomen dat Mars, vrbs Sabarina gen₃;
Matrona Lingonicis populis, vrbiq₃ *Thuroni*,
Clarus, adhuc mores clarat & ausa viri.
SISCOVI Præsul, Diui huius amabile nomen,
Nactæ, tuo lituo *Narnia* letus ouat.
Narnia vipereum genimen virusq₃ p̄rosus,
In decus in laudes pronus & ire tuas.
Aduentus adeò usq₃ tui, dulcedine fertur,
Vix ut se capiat, repperiatue modum.
Letus ouat sibi te *Tutanum* præfore posthac,
Quem docilem antè suo fouerat ille sinu.
Ecce dat *Applausum*, tibi quo gratatur honorem,
Prospera q₃ exoptat muneris orsa novi.
Letitia datur *Applausus* memorabile signum,
At non plausibili conditus ille modo.
Carmina fusa vides properante fluentia vena,
Menteq₃ confusâ carmina lusa vides.
Quem formido luis, quem non confundat *Enyus*.
*Vira*q₃ *Palladis* exitiosa choris.
Fama tui *Aduentus* illum hac formidine soluit,
Inq₃ extremum aliud *Letitia* rapuit.

Quicquid id est unum illud agit maria omnia circum,
Ut uehat, ut celebret nomen in orbe tuum,
Accipit in comites Poltam Bugumq; laboris,
Et per Vistuleas in mare fertur aquas.
In mare Baltiacum cunctas meet unde sub actas;
Te Brito, SISCOVI, Ser, & Japo, sciet

NICOLAUS KOVNACKI,
Seminarij alumnus.

VOTVM.

REVERENDISSIMI PRÆSVLIS AD SVPEROS.

RERUM Opifex, Reſtorq; DEVS, moderamine cuius
Cuncta fluunt, peraguntq; vices; hic efficis ut Sol
Aureus astra regat, lucemq; per omnia fundat,
Voluat inexhausto remeantia tempora motu,
Mensibus exactis, nunc ille redintegrat annum,
Ægocerotæ premens, Notioq; remigrat ab axe,
Meq; migrare monet, quod me, DEVS Optime, quod Rex
Quod pia fata vocant, aliamq; capessere Spartam.
Summe Pater, qui res hominum pietate gubernas,
Pontificumq; fide, tu me, nil tale merentem,
Munere Pontificali ornas, lituoq; mitraq;
Hac Lucense tenuis moderabar Ouile sat amplum.
Hinc me, curarum grauiori mole premendum,
Nunc ad majus Ouile vocas? sequor ecce vocantem.

Tu modò sufficias mihi tantà ad munia uires,
Viribus absq̃ tuis homo nil recti inchoat unquam;
Nil agit aut peragit. nostris ergò annue cœptis,
ô DEVS alme, tuo fac, velificetur honori
Quam nunc ingredior, Christo auspice Plocias Argo.

Virgo
plora-
ir.

Tuq̃ procellosi stella ô fidiſſima Ponti,
Digna salutiferum mortalibus eâere lumen;
Digna q̃ nauifragis æternum ostendere portum
Si te rite fui primis veneratus ab amnis,
Serta rosasq̃ legens; animis tua festa piatis
si colui, cœleste tuas dape pastus ad aras
Si mihi Pallas eras, Heliconia castra secuto:
Si tua signa sequi mihi visum dulce clienti,
Signa Sodalitij Maria de nomine dicti;
Lumine nunc propiore faue; rege vela per undas
Te monstrante viam, facili temone Phaselus
Oceani sulcabit aquas, securo pericli.
Non Scylla tremet illa canes, non monstra Charybdis,
Nauplus ei stygius fictis illudere flammis,
Quò trahat in Syrtes & nauifraga saxa, nequibit.
Nec minus Aligerum de gente, Masosidos ora;
Quem penes arbitrium est, & credita cura tuenda,
Auxiliare mihi, tanto in molimine, Princeps;
Quæq̃ nocent animis Acherusia monstra retunde.
Tu quoq̃ Christicolæ decus ô memorabile Regum;
Dive SIGISMUNDE in terris qui damna necemq̃
Passus, in atheria decoratus es arce corona.

ngel9
utor
afouia

Sigif-
ndus.

Cuius

Cuius honorificum caput, haud sine numine Diuum,
Praga huc allatum, prius in parua aede Kroleui,
At nunc in summa, tibi quam pia Plocia struxit,
Aede reseruat, gemmis auroq; coruscum.
Tu mihi, quando tuis voluerunt Numina templis
Præponi, & quorum est dare thús & sacra, Liturgis,
Affer opem, precibusq; tuis mihi numen amica.
Orsa secunda fluant, respondeat exitus orsis?
Affer opemq; tuo qui gaudet Nomine, Regi
Fac, res compositas tranquilla in pace gubernet.
Aut si fata volunt, ut ad astra, per arcta viarum,
More tuo, tendat; vires animosq; ministra,
Victor ut exsuperet, cunctam, velut hæcenus, Aten,

Auxilium tibi, spero, ferent ea rite precanti,
Cælicola, quorum sacra Lipsana habentur ibidem,
Ipse STANISLAVS, namq; hic argentea theca
Dactylon eius habet, Geminaq; Heroides astris
Illata; cum CHRISTINA, diuina Brigitta.
Nec vos indigetes duo Pontificesq; beati,
Qui Plocense prius sanctè rexistis ouile,
Præterijße velim, facite ð, imitamine uestri,
Munus ut hoc obeam, rectumq; piumq; tuendo
DIVE SIMON, quem aiunt hostes fuisse pre-

(cando.

Tuq; sacrarum tutor opum, WERNERE, nefanda
Qui nece mersus eras, nocturna fraude Bolestæ
Et Vos, Poltonicis quorum pius extat in aris

S. Rel
Ecclesi
Plocen.

Beati E.
piscopi
Ploc.

Cultus

3. Applausus ... Martino Szyszkowski ...
episcopatum Plocensem ingresso... Debitae
observantiae ergo a Seminarii Dioecesanii nec
non aliis rhetorici poeticique Gymnasii
gratulabundis alumnis. In Collegio Societ. Iesu
Poltoviensi editus...

Brunsbürgae, Exc. Georgius Schonfels,
1608.4^o

Cultus honosq; Sacris craniis, in vota vocare
Auspico; auspiciis, oro, succurrite nostris.

Ante alios Rex, oro, faue, qui Pannonia rexti
Sceptra, LADISLAE, et heredas quem vexit ad aulas

Ladi- aus. Candida Relligio, Sancta & Reuerentia fama

Sis memor Hungariaq; tua; Regniq; Po'oni
Qua caput, urbsq; tuum tenet, ac veneratur, ab omni
Preside te noxa stet in omni tempore tuta.

Sitq; VLADISLAVS tibi cordi, Regia proles.
Aemula sit pietas illi: crescentibus annis

Crescat amor virtutis in hoc, veri q; laboris,
Ac veri decoris; regnumq; affectet Olympi

Mau- tius. Te quoq; MAVRITI, Christo addictissime miles,
Thebanae legionis honos, & Ductor & author,

Intrepide mortis Christi pro lege ferenda,
Cuius in urbe mea, caput esse fauentia DIVUM
Annuit; aspira nostris, mitissime, coeptis.

Militiamq; sacram, Clerumq; meosq; Quirites
Protege; Gradini procul amolire tumultus.

In comites tutela adhibe, Quorum sacra cunq;
Poltonia aut alibi nostra in ditione coluntur.

Ossa, coli dignos modo quos felicitis Olympi
Portus habet, tutosq; beat statione perenni.

Felices anime! nullum super aequor arandum
Est vobis, quod aramus adhuc. In tuta receptis

Securos vobis ea cura remordeat vna,

Hæc simul ut subeat superum nauale carina

AD AMVS CIEMNIEVIENSIS.

Seminarij Alumnus.

PLOCENSIS * EPISCOPA.

Se Præsule destitui, Regnum tot malis affligi,
dequeritur.

* Sic Di-
cesin
Crome-
rus & a-
lij uocāt.

Quo mea nunc fortuna loco? quo turbine versor?

Qua me fors agit at, fors miseranda nimis?

Præsule destituor, qui me tot rexerat annis,

Peruigili Alberto Præsule destituor.

Pectora mæror habet, lachrymis mea lumina rorant;

Pastore orbor, hero, Præsule, Patre, steo.

Non sat erat commune malum deflesse, quod omni

Sarmatia pacis gens aliena ciet?

Altera dissidiis teritur ciuilibus astas

Viribus atq; suis Lechias ora labat.

*Non tot ab Astrologis numerantur in æthere * stelle,*

* 1022.

Huic mala quot regno tempora pauca dabant.

Crebra, tot exitio dat pestis, & ira Tonantis.

Ciuius in Ciues Mars etiamne furat?

Qua tantis at origo malis? an Auernica tæda

Hæresis, an cæli noxius ardor erat?

Plura tumultus agit propè tempore regna, sub uno,

Seditiosa, suos regna perosa foues:

*Thracas & * Hermenios, Neptunicolasq; Britannos,*

Mofchos.

Regifugasq; Gothos factio mouit atrox,

Quid loquar Hungaria tot slabra Phegræa propinqua?

Romuleas Aquilas Dacus ador sus erat.

Tempestas eadem nostram quatit horrida gentem.

Contages eadem inficit hanc & humum!

Iusne datur sceleri, furat ut civilis Enyo?

Cognatae ne acies mutua in arma ruant?

Proijce tela manu sanguis pius, aut ea verte

In male pacatos Bistonas, atq; Gothos.

Liuania
periclitatur.

Hi modo Liuonicis impune vagantur, in oris,

Rursus & ereptis ui dominantur agris.

Nil hac flebilius nil hac spoliatius ora

Præsidiis cassa, regnat ubiq; Sueo

Vna egre se Riga tuetur, & ostia Duna,

Vos decet hanc tantam vimq; probrumq; pati?

Si vobis reparasse fuit laus, parta tueri,

(Hæc modo sit constans) laus an habenda minor?

Vos in amicitiam proceres, equitesq; coite,

Turbamenta rei trans Garamantas eant,

Nulla salus armis civilibus: vna salutis

Anchora, pax, animos ac Homonoëa iugans.

Vos ô Pontifices, quibus est data sacrorum,

Vos penes his tricis est posuisse modum.

Est ea res cordi, scio, vobis. vtrius ut me

Præsulis ALBERTI sat pia cura docet.

Eius ô ad iussus quoties mihi dedita turba.

Turba sacerdotum sacra precesq; dedit.

Ipsæ precabundus populus simul athera votis

Sæpe fatigauit, Calicolumq; Patrem.

Quis mihi nunc stimulumq; meis, absente Magistro,

Ad graue placandum Numinis addet opus?

Ab vereor, nostros ne lentet inepta Liturgos
** Murcea, somnifero cordaq; rore grauet:*
Ab vereor ne me fera vis custode remoto
Atq; meos Martis Mulciberine premat.
Rerum opifex opiferq; Deus sub Numine cuius
Tuta stat alma Sion, regnat auita fides,
Si quid in-offensa pietate fideq; meremur.
Respice Plociacas mitis ab axe tribus,
Non hæ Pseudotheo Baali genua incuruarunt:
Hæreticam fugiunt, plus Acheronte luem.
Non sine nos fluitare diu sine Rege sacrorum,
Non bene nauclero fert iter orba ratis.
Da deinde auxilium, Pater ô Rhamnusia ne nos,
Quæ furit in vulgus, sors & iniqua rotet.
Quin omni, sac ô, illa bonis communibus obstans
Regno abeat; redeant, pax, Homoneæ, quies
Quid tuus ille cliens in te committere tantum,
Ille Jagellonidum stirps generosa queat?
De fama ipsius de maiestatis honore,
Vt sibi subiecti tanta licere putent?
Non satis hunc patruï violente tyranide pressum,
Excussum patrio nequiter esse throno;
Ni simul & pia gens, Regum reuerensq; piorum
Exercere odiis pergat & opprobrijs?
Illaudata sat hîc scio scepra prioribus annis:
Nulla tamen tantis exagitata strophis
Non hic imperium fraterna cæde dolone;
Hoc at honorifica lege vocatus adit.

* Acedia.

La9 Mas
fouia à
rete nta
fide au-
ta.

Rex in-
sons.



Non hunc, in Regum mores oculatior Argo,
 Fama redarguerit ius temerasse tori.
 Non hic erat vindex inimico noxius ulli,
 Non hosti patruo toxica mista dedit.
 Non capit ebrietas hunc, non gula prodiga rerum,
 Sit licet hac aula ingis, & illa comes.
 Cuncta libidinibus non implet hic atq; rapinis,
 Sed neq; cuncta probris, sanguine, cade, metu.
 Non hic frustratim secuit, se recta monentem,
 Magnatum quemquam Pontificemue sacrum.
 Non hic auarus opes alienas, querit habendas,
 Nec propria dominos e ditione fugat.
 Non hic Hæreseôn furijs laxauit habenas,
 CONFODITVR FOEDE qua RATIONE Fides.
 Non hic in patriis pacti immemor hæserat oris:
 Sarmatica tacito nec pede fugit humo.
 Id scelus improbitas fortasse vocauerit unum,
 Ille tui timidus quod sit ô alme Deus.
 Quod pietatis amans, nostræ monumenta salutis;
 Quotidie recolat, Mysta operante sacris:
 Sæpius Angelicæq; adeat mysteria mensæ,
 Te locet inq; sui pectoris ille throno.
 Quod tibi Regifico duo condat schemate templæ.
 Quod per eum Diui publica vota ferant;
 Materni germanus aui Casimirus, & ante
 Hunc, redolens nostræ flos Hyacinthus humo,
 Stare per antiqua tibi Religionis honorem,
 Quod velit, Hæreseôn virus abesse procul,

Regis
 pietas.

Quod

Quòd nullum præfectum ouibus velit ille regendis
 Sit nisi vir meritis & pietate grauis.
 Et mihi iam, spero, Diui & cognominis, adi
 Pontificem egregium, ceu dedit ante, dabit.
 Hoc si crimen erat Rex quod luat, ô Deus, & me
 Qua tibi nexa pari sum pietate, feri.

JOANNES KOSSNIK.
 Seminarij Alumnus.

CÆLESTIS ETHNARCHES MA-
 SOVIÆ. SPE NOVI PRÆVLIS EPISCOPAM
 solatus malorum causas, cum suis remediis percenset.

O Superis adamata choris, ô dia sacrorum,
 Præstita, Plociaci fida Magistra gregis:
 Quæ tibi commissis rabidos ab ouilibus arces.
 Indeprauata religione lupos:
 Præpes ab axe tui gregis, atq; Masosidos ora,
 Tutor, ab ætherio nuncia Rege fero,
 Audijt ille tuam pro te, pro Rege querelam,
 Atq; tibi miserans hæc referenda dedit,
 Jure quidem quereris: te tali Præsule cassam:
 Sed fuit hic dignus nobiliore loco.
 Alter erit pietate pari MARTINVS, ab amplis.
 Qui SZISCOVIADIS stemma genusq; trahit.
 Iam tibi maror abit, video, frons namq; serenat,
 Et noua non dubito, gaudia pectus habet,

*Masoui
 am à do-
 minatore
 Masos di-
 ctam vult
 Cromer9

Nota viri facies nedum venerabile nomen:

Nota artes, mores, quos habet ille, probi.

Laus Re-
uerendis.
Episcopi.

Scilicet ille tuis puer est excultus Athenis,

Narnica Poltoniam qua rigat vnda tuam.

Ille SIGISMUNDO Regi sese vsq; probauit.

Usq; huic virtutis nomine carus erat

Certat in hoc locuples docta cum Pallade virtus.

Suada, Themis, Sophi & Pallados arma iuuant.

Ergo Rex sacri dicat huic moderamen oculis,

Primum Lucorici, Plocia iamq; tui.

Scilicet hic REX est pietatis idoneus auctor,

Vt tua dicta probem, res quod & ipsa docet.

Cur tot hic aduersis agitur? ne quare doceri.

Hoc placitum superis expedit hoc & ei.

Hoc aurum regale, Deum genus, excoquit igni,

Si quid habet scoria, quem sine labe dabis?

Quemue Deoplacitū dabis, ad Superosq; vocādū,

Quem non hic Nemesis uexet acerba prius?

Ecquid amabilius Superis dabis, oro, Dauide?

Quot fuit expositus Rex tamen ille malis?

Arctavia
celi.

Est via, quā strauit Probitas ad Olympica regna,

Stricta, laboris egens, asperitate nigens

Raris
Principi-
bus per-
uiar.

Ardua res ather, princeps rarissimus illum,

Ire per angusto calle peritus, adit.

Hunc calcasse pios, qui ducit ad athera, callem,

Compereris Reges quotquot Olympus habet,

S. sigif-
mundi to
lerantia.

Ipse SIGISMUNDVS, cuius caput huius in urbis.

Nomine qua Diui sacra stat, Aede tenes.

Quan.

Quanta tulit? puto demersus ab hostibus alto,
Cum consorte tori, filioliq; suis.

Vastata ditione prius, folioq; subacto
Equo Rex Heduis ius dabat ille suis.

Quid loquar Osualdum qui sceptrum Britannica gessit
Quid te Francigenum Rex, Ludovice, loquar?

Cultor uterq; Dei persanctus: uterq; dat hosti
Christicolum infesto terga pudenda tamen,
Hic adeo, lue militibus grassante peremptis
Captus ab Assyriis & lue tactus obit.

Mitto tui Regis Divum gemina astra, genarchas,
Canutum, Ericum Cimberis, hic Sueo erat.

Ambo pij Reges, pro libertate tuenda
Sacrificum, mortes oppetière pias.

Quid Boleslao tua Lechia Rege pudico
Sanctius in folio possit habere suo?

Hoc dominante tamen quam sua flagella Polonis
Intulit offensi Numinis ira tuis?

Tartaricus furor in cineres (mirabile dictu)
Lechiadarum omnes pane redegit opes.

Cracovia in flammis abiit, simul oppida, vici,
Quotquot ad Odericas usque videntur aquas.

Supplicia hac meriti tunc expendere: quid in hoc
Tempore? quas penas Lechia non meruit?

Tot scelerum facies regno bacchantur in isto,
Monstra tot Hæreseon fas pietasq; iacet.

Exsulat ordo decens: dominatur Ataxia rerum
Omnia convulsat lege libido carens.

Victus.

S. Osual.
S. Ludo.

Captus
à Saracenis.

S. Canutus
Rex Danicæ.

S. Ericus
Rex Suecicæ.

Pro libertate Ecclæ
fiastica

perempti
Boleslao
Pudicus.

Polonia
à Tartaris
vastata.

Vitia Deum
irritantia.

Victus amor Veri: Stomachosa calumnia regnat,
 Ausa in sceptrigerum fingere probra Iouem.
 Regnat auarities, emuncti oppressio vulgi,
 Luxus & ebrietas, fraus, animiq; tumor.
 Terga dedit virtus. scelerosa Licentia morum,
 Sub libertatis Syrmate tecta; furit.
 Effeda non parent franis. Pitarchia languet,
 Et Christi & Cleri diripiuntur opes.
 Sunt sua sacrificia morum & contagia genti,
 Ipsi odiosa Deo, pernicioosa gregi.
 Rarus honos Diuum, reuerentia rara Tonantis.
 Et miraris adhuc si premat ista Tonans?
 Sape det innocuo si Sarmata sanguine panas?
 Vapulet his tricis? & lue saepe luat?
 Asperiore premi tua gens est verberare digna,
 Non tamen asperius vindicis ira premit.
 Virgo parens illum, Diui indiget esq; Poloni
 Oratu cohibent Relligioq; suo.
 Ni tamen in melius retulisse Polonia mores,
 Nouerit, & placitis inuigilasse sacris,
 Irarum effusas in se experietur habenas
 Numinis, implacida telaq; torta manu.
 Hunc non Diua Parens queat indiget esse furorem
 Sistere & ultrices has inhibere manus
 Quare age tu, quod agis, ne cessa in vota, precesq;
 Iratum supera, qua potes arte, Patrem.
 Nec cessa stimulare tuos epidigmate morum,
 Atq; salutari dogmate, Christicolas.

Clemen-
 tia. di-
 uina.

Ira gra-
 uis.

Placanda

Ne magis ore colant quam Relligione Satorem,
Hunc scelere abstinent ludificare suo.

Hac, nouus Antistes, cura tangatur eadem,

Cara salus gregis est hinc ut omnisq; Dei.

Arguat, obsecret, increpiter, graue crimen acerbet,

Figat hic improbius nequitia q; modum.

ADAMVS CIEMNIVIENSIS.
Seminarij Alumnus.

NEMO ACCENDIT LVCER-

NAM ET IN abscondito ponit Luc. II.

LVX veri loquitur; lucentem nemo lucernam

Antra per abscondit, sub modione locat;

Sed candelabro leuat in sublime lacunar,

E medio totam lustret ut illa domum.

Et dubitabis adhuc, SZISCOVI ð nobile lumen,

O & Lechiaci clara lucerna soli.

Et dubitabis adhuc è Lucoriensibus antris,

Sarmatia mediam iussus adire plagam?

Terra Masossidum, quam iure (Mossian) Hellas

Dixerit, hac medium fert regione locum,

Hic situs in Prussos, Litanosq; tuosq; Polonos

Sparseris attiguum Relligione iubar,

BARTHOLOMAEVS DZIEDZICKI.

C DEO

DEO DVCE SV MIS HONOREM.

S I vota grandi Numine temperat
Humana solus Calicolum arbiter,
Causisq; neclit vsq; causas
Perpetua in seriem catena;
Quam nullus ardor, nullaq; vis valet
Sede amouere: hinc ista necessitas
Ut tu capeſſas, Præſul, amplo
Cum grege Plociacam Tiaram,
Hac lege venit celsior hic thronus:
Hac lege splendens hac mage dignitas,
Ne numinis decreta frangas
Duro adamantini tot antè seclis
Incisa; culmen scande Masouia
Virtutis, ut mos est tibi, sis nitor.
Dei fac extendasq; cultum,
Auspice quo capis hoc honoris

PAVLVS KARSKI.

CVM PRÆSVLE STEMMATA
CANENDVM.

T Andem Præſul adest, Naruiades, nouus:
Incantus Clariam tendite barbiton,
MARTINVM q; sub astra
Dionis tollite laudibus,

Stemua

Stemma inſigne domus dicite nobilis
Quod criſta ſolitum, quod galea regi;
Nunc mitraq; bicorni;
Nunc fulgente micat Pedito.
Gemmantem gladium dicite Præſulis,
Cui Gedeonius cedat acinaces,
Dictynnamq; biformem,
Quam fumans Acheron tremat.
Illo Præſul aget Belialis feri,
Quod noſtris animis inſtat, atrox genus.
Huius lumine veſtras
Mentes irradiaverit.

CHRISTE ô Pontificum maxime Pontifex,
Cuius nos regit hic munere Pontifex,
Hic da nos regat Enſis
Nobis Luna diu micet.

STANISLAUS KRASINSKI.

ECCLESIA BINA REGENDA.

Quid ſibi vult Phœbe geminata? quid arduus Enſis?
MARTINE, Magne Pontifex, nobile ſtemma, tuum.
Fallor? an imperium, quod adis, medianus hic Enſis,
An, quas reges *Eccleſias, luna gemella notat? * Eccle-
Viſtula Sarmatidum quamq; ambit mater aquarum, cathedra
Et quam perosa natrices, Narvia nata rigat. lis & col-
Expletum numerum ſacri tenet illa Senatus legiata.
Hæc ſemiplenum hinc & prius dicta ea POLTVMIA.

Postouia
vnde di-
cta.

*Verius à POLTA reor hanc dixisse priores ;
Flumen propinquum Naruicas labitur hoc in aquas.
Vtraq; te te iudens Ecclesia suscipit, ensi,
O Praesul, hanc se subiicit lata lubensq; tuo.
Tu regere imperio pietatis vtramq; memento,
Lunis tuis illumines ensi tuoq; tegas*

ADAMVS KARSKI.

CEDIT LUCEORIA, VINGIT PLOCIA.

Subfyl-
uanis

*EST in Hyparctois, ubi Sarmata militat, oris
Bina Diocesis, lux geminiqu; Pedi
Altera Iax ygibus Volhinishq; dat enthea iura,
Altera dat populis, clare Masosse, tuis.
Plocia stat caput his, illis Luceoria lucem
Vtraq; ceu Phæbe corniculata, vibrat.
Plocia mirrifero simul ac fuit orba Magistr o
In Cuiavianas inde migrante plagas ;
Sic spoliatur? ait ; spolia ampla referre vicissim
Quis vetat? huc alium stat redhibere Ducem.
Nec procul ille petendus erit, Luceoria parcat,
Tete SZISCOVI, deligo, posco, voco,
Hanc Phæben adeas, sat iam Luceoria lucet,
Ensis ab inde regat nos tuus, atq; tegat.*

Ad

*Ad primas artes nostris es ut altus Athenis,
Antipelargesin sic retulisse decet.
Dixit & attraxit victrix moderamen & enses,
Nixa SIGISMUNDI, Plocia Regis ope.
Si ferrum duo forte trahant Magnetes utrinq̄,
Pertrahitis victor, vis cui maior inest.*

IOANNES KARSKI.

SENATUS POPVLVSQVE
POLTOVINVS.

*Exoptatus ades nobis amplissime Præsul,
Ac præses votis mille peritus ades.
Præsidenda diu steterant hæc mania, nullis
Quæ (miserum) tulerant non in aperta malis.
Cardaces experta graues, trucis agmen Enyus,
Qui raptò a sueti, cuncta licenter agunt.
Inflammata * Palæopolis, granaria quina,
Ter denas rapido perdidit igne domos.
Narvia congemuit glomerante sub æthera fumo,
Se non posse iras vincere Mulciberi.
Phæbus ut os roseum, librai signa relinquens,
Extulit ingrediens tortilis astra Nepæ,
Horruit hoc facinus mox sese in nubila texit;
Tinxit & illacrymans, imbre cadente solum.
Non dubium scelus hoc se, sole vidente, patrasset,
Lemnius, extinctum quin is iisset aquis.*

* Anti-
quioris
Poltouia
incendiū

Scilicet afflictos iam tum, de uexus Olympo,
Solari miro lumine visus erat.

Iris gemina postridie visa.
Visus in oppositis rutilascere nubibus arcus,
Iscq; duplex: varie bellus utriq; color.

Calitus Iris erat bellissima nuncia nobis
Optati aduentus, o Hierarcha, tui.
Nuncia pacis erat. simul expressisse videtur,
Virtutes arcu versicolore tuas.

Iamq; ades atq; optatus ades cum Plebe Senatus.
Symbola latitiae dat manifesta sua.

Obuius insequitur Mystas Phabaq; castra.
Cuncta strepunt, festus plausus in urbe datur.

In portis, quas ingrederis, bipatentibus Urbis
Pegmata frondosis stant sinuata comis.

Urbis ad haec fluitat rutilans in vertice stemma
Ceruleum labarum, Pontificale Pedum.

Pegmati nec desunt, nec honore stemmati versus.
Luminibus properis quos anagnosta legat.

Heroium soboles simul hic te culta salutat:
Quodq; deest urbi supplet Apollo decus

I decus, i nostrum, tibi subiectosq; Quirites,
Omne felici, Protege, pascere, fove.

BARTHOLOMEVS POLTOVIVS.



POLTOVIA.

ANA.

ANAGRAMMA.

VITA POLO.

Nunc lues sua meis me Morta Quiritibus orbat,
Nunc ferus his vita Mars alimenta rapit
Dummodo Pontificum sim sedes atq; Lycei.
Nil facitis mors Mars: est mihi VITA Polo.

ALIVD.

ME Phæbeus olor, me Pegasus ungula texit,
Hactenus hinc Ensis binaq; Luna teget.
Ungula olorq; polum Phæbe gladiusq; coronant!
Este pij ciues: est mihi VITA Polo.

JODOCVS NEVMARCK
Dantiscanus.



INSTEMMA POLTO.

VIENSIS VRBIS.

Pontificale Pedum, labarumq; in stemmate, cælis
Concolor, vrbs quare Poltoniensis habet?

Calo

Cælo addicta tuis placitam, pia Plocia, sedem
Præbet, ô hoc felix nomine, Præsulibus.

MATTHIAS BURCZAK.



IN STEMMA VRBIS
PLOCENSIS.

Plocia turrigeros cur fers in stemmate muros,
Virg³ tuas stricto protegit ense fores?
Præsulibus quia fors gaudes qui pro urbe Sionis
Se obijciunt muros, pro domibusq³ DEI.
Excipe MARTINVM. teget eius Delia muros
Excubitrix, custos ensis & ante fores.

ALBERTVS PLOCENSIS.



COLLEGIVM POLTO-
VIENSE S. I.

Colligo collegas doctâ pietate probatos,
Quorum ope colligitur messis opima DEO.
Gymnadas instituo, quibus exercentur ad artes
Ingenuas juvenes, & pietatis opes.
Differor insolita mihi cor hilarante voluptâ,
Præsul, & aduentu lator ouoq³ tuo.
Ante mei suberas thyrsos sceptroq³ Lycei:
At mihi nunc lituo dulce subesse tuo.

Ante

*Ante tua fuerat doctrix altrixq; iuuentæ
Hæc domus: hinc illi doctor & altor eris.
Mitra alios alui claros Tyrioq; galero:
Antipelargesin tu mihi solus habes.*

IOANNES POMORSKI
Seminarij Alumnus.

SEMINARIUM DIOECESANVM

P*Hœbus ut à Notio radios vibrat orbe reflexos
Hyparcticæ patentior quàm fuit antè plagæ.
Latitiam rebus nouat omnibus, æra mulcet,
Squalore Pulso frigoris semina cuncta vigent.
Cuncta reuiuiscunt, viridansq; repullulat herba,
Sementis herba uiuidam. spem Cerealis alens.
Omnia squalebant à nobis Sole remoto.*

*MARTINE nobis Phœbus es, latitiamq; nouas.
Semina nos refoues Pietatis & artis Alumnos,
His quotquot in plantariis, ô Hierarcha, vides
Seminij aliquando Ceres his crescet opima.*

*Maturitas fauentiæ nititur illa tua.
Doctificis Patribus cultura incumbit eorum.*

*Tua rigare Cynthia, xoris ut illa parens;
Maturare tui, est qui consouet uuida, Solis.*

O uine, Seminarium Poltoicumq; foue.

IOANNES FIBRICIUS.
Seminarij Alumnus.



SODALITAS PARTHENICA.

MAGNAE MATRI VIRGINIS SACRA.

Purima sunt quæ Poltouiam, tua Pergama Prasul
Nobilitent, animos afficiantq; tuos.

Aula Re-
uerendil-
simi Epi-
scopi.

Hic vel Episcopici lituiq; mitraq; receptus,

Aula quæ in accliu colle stat, urbis honor.

Cui decus addiderat, domibus bello ordine iunctis,
MISCOVIVS, domui iuncta propago tua.

Cernis ab hac omnem, Borean ubi respicis urbe m.
Campos ac virides exhibet Auster agros.

Pomari-
um.

Quæ Titanoritur placidas tibi voluit & undas.
Naruiæ, veliuolas fert & amena rates.

Cernis ad occasum, subiecta in valle, vireta,
Quæ Paradisiacis æquiparâro locis.

Arboribus positis, hîc visitur hortus, in unguem,
Qui varium secto limite quadrat iter.

Hic varij generis pira malaq; Persica crescunt,
Atq; Damasceno pruna oriunda solo.

Quid memorem ficus, imperdita germina brumæ?
Mellitosa melones, quid peponesue loquar?

Quid Zephyritis opes alias? quid aromata Pasti
Aemula? purpureis lilia mista rosis?

Exprimit hic denso crispata cacumine buxus,
Chloridis arte, tuæ nobile stemma domus.

Cynthia

Cynthia miratur viridi sua cornua in horto,
 Harpen miratur Mercuriusq; suam.
 Quid, quòd ad occiduos, ultra pomaria, colles
 Ora ferens, hortos conspicias Hesperidum?
 Hic pomona tibi pulcro pomaria cinctu
 Ditat, in adiculamserta legitq; sacram.
 Huic alij hortiferi, qui stant longo ordine, cliui,
 Submitunt apices fructiferasq; comas.
 Ipse etiam, licet Arboribus se iactet adultis
 Hortus ephedorum, quos pie Præsul alis.
 Ipse etiam bello cognomine montis Abrami,
 Cocta Ceres cuius sub cauitate latet.
 Arboribusq; refrigerioq; perutilis hortus,
 Musageris Patribus† multicauoq; penu.
 Hunc sibi; sed Christo meliori schemate Patres
 Hortum Regina Calituumq; colunt.
 Quòd stet honos Christo suus integer atq; Parenti,
 Vertere quem Stygius nititur vsq; Draco.
 Nempe sodalitiū, studiis addicta Juentus,
 Virginis auspicio quod Genitricis imit.
 Hoc tibi floricomis, reor, est acceptius hortis,
 Cuius ut à puero pars bona Præsul eras.
 Grata Panophæo sunt hæc violaria Regi,
 Atq; Genitrici grata roseta Dei.
 Colligere hinc labor est inserta rosacea flores
 Virtutum, & fragrant quæ pietate, precum.
 Vi virtus aperit, penetrat pius astra precatus;
 Hic Dominam fertis ornat & illa suis.

Hortus
 suburba-
 nus etuf-
 dem.

Pomariū
 Semina.

Pomaria
 um Col-
 legii.
 Loch.

La^o Par-
 thenico-
 rum.

*Hic & odore rudes exempli operumq; piorum
Ad pia sæpe mouet Partheniana phalanx,
Partheniana Phalanx summè tibi dedita, Præsul
Nominis ac decoris perstudiosa tui.
Accipias in eam studiumq; animumq; Paternum,
Usque Patrocinio fulta stet illa tuo.
Sic superi Superùmq; Pater tibi cœpta secundet.
Sic regat antennas stella marina tuas.*

ALBERTVS POMORSKI.
Seminarij Alumnus.

COLLEGIA V: CANONICO-
RVM. ET R. MANSIONAR.

SALUE, ô Præsul, ô Archimysta, salue.

Sacri præcipuum iubar Senatus:

Huius arbiter urbis ac Toparcha.

Salue ter deciesque milliesq;

Optatissime Præsul uniuersis,

Quotquot Poltoiuca morantur urbe,

Quotquot Plociaca morantur urbe,

Quotquot Massouico morantur urbe.

Felix Poltoiuam tuam subito.

O quàm gratus, Episcopion istud,

Cunctis ordinibus, tuum subintras:

En ut municipes tui videndi,

Aestu rapti operis negotiisq̄,
Quod cuiq̄ incubuit, super sedentes,
Plausus congeminent, vijs repletis,
Et letabilibus modis salutem
Permultam ingeminentq̄ faustitatem.
En ut Gymnasij frequens iuuenta,
Heroum soboles suas Camanas
Cultos Naruiadum choros subornet,
Ingressum tibi prosperum canentes,
Centum laticias tibi sonantes.
Ipsa & Naruia profilit, laborans
Alueo excedere, quò tuo fruatur,
Quo nunc nos fruimur, decente vultu.

In tanta tibi gente gratulantum,
Primas iure tenet sacer Senatus,
Et Collegia clara Christomystis.
Cui nomen Canones sacri dedere,
Et cui Mansio iugis hanc ad adem.
Hanc fausto pede tange Præsul adem,
Aedem schematis elegantioris.

Ara summa nouo micat labore,
Bello Romulei labore Apellis.
En ut Enthea Virgo Gabrielis
Verbis Aligeri, Deiq̄ supplex
Iussis annuat, orbis in salutem.
Tantum vocis egent, colore viuo.
Et spirare adeò & loqui videntur,
Hinc MAVRITIVS aureis in armis,

Ecclesiae
Poltou:

Ara ma-
ximæ pi-
ctura.

S. Mauri-

The-
tius.


s. Adal-
bertus.

Thebanæ legionis ille Ductor,
Hac cuius caput Aede continetur,
Inde ALBERTVS Apostolus Polonæ
Gentis, Praga tuusq; Præsul, adstat,
Remos arma sui gerens triumphi,
Hos in vota voces opemq; Diuos,
Orsis ut faueant tuis & ausis;
Virgo cum Duce, Præsule, Angelisq;
Fornix hic nitet Angelis rosisq;
Arridentibus huic nouo Hortulano,
Huic Euangelicæ Angeloq; pacis.

Hymnus
D. Am-
brofij.

Eia laudisonum auspiceris hymnum,
Felici auspicio cani suetum,
Re gesta q; probè cani suetum.
Sint laudes Domino Deoq; grates,
Cuius munere nos adis regendos,
Alternum melos Angeli resument,
Reddere organicum melos parati.
Interrumpe melos ter hunc & hymnum,
Infula & lituo decorus, ore.
Conuerso ad populum, tibi precantem,
Quæuis prospera; tu bene huic precando,
Dic: Serua populum tuum Redemptor,
Hæredi q; tuo fauens amico
Affla Numine, dexter huic & ad sis,
Aeternumq; regas, tegas, gubernes,
Et rebus, pius, efferas secundis.

ADAMVS BIELINSKI.
"minarij Alumnus.



FRATERNITAS MISERICORDIÆ.

In cœtum Ciues inopum miseratio cogit?

O Sancta conspiratio?

Mens eadem Superis hominum miserescere doctis,

Nos esse letis æmulos.

Quisq; Deo propior, quò plus miseratur egenos,

In axe fitq; ditior.

Te quoq; Præsul quem miseri letantur adesse,

Quem sospitent, superstitent.


Astra diu, rogitant, pia te miseratio tangit,

Fraternitati Dux eris:

Dux eris ad miseros, & primi gloria pili,

Ope subleuandos ac stipe.

MATTHÆVS DZIERZANOŪSKI.



CONTŪBERNIVM TE-

NVIORIS FORTVNÆ IV-
VENVM VVLGO BURSA.

Aeris inops ego sum: mihi nulla pecunia: Bursa

Cur tamen à vulgo nomen inane fero?

An quia, ceu partos Bursa apta recondere nummos,

Præbita sic oculis æra recondo meis?

Pau-

*Paucula præbentur quæ expendere cogit egenis,
 Quos tegeo, Musicolis imperiosa famas.
 Bursa vel inde vocor; mihi quod datur aris, in ævum
 Danti, illud cælo multiplicante, manet.
 Fœnus ô eximium! vos ô quibus horrea turgent,
 Et quibus aggestas arca flagellat opes,
 Fœnus amate pium, iuvenum vos tangat egestas,
 Quæ discenda illis nectit in arte moras
 Fœnus amavit idem, fructum & modò percipit eius,
 PAULVS KOSTKANA dia lucerna domûs.
 Signifer hic Cechanovicus pia signa reliquit
 Munificæ nobis, qualia nemo, manus.
 Qualia tu mihi largus opum, MARTINE, relinques
 Præsul, si cuiquam tu mihi gratus ades.
 Gratus ades: quia gratia opus tua egentibus est his,
 Quos alo, Mecenas, atq; favore tuo.
 Non favor hic vel inanis erit, vel gratia gratis
 Facta feretur iis à fauitore pio;
 Spero, nec indecores sunt ingratiûe futuri.
 In cinere hoc humili flammula multa latet.*

IOSEPHVS CHMIELEWSKI.
 Seminar. Alumnus.




EPONYMICON.

CUr à Marte datum tibi præsul ô inclyte nomen?
 Martia num sequeris signa, vel arma moues?
 Martius

*Martius es, piaq; arma moues. in stemmate gestas
 Fulgentem gladium Dux es in arma sacer.
 Arma moues vitiis, scelerum altriciq; volupta,
 Reprimis Hæreseon, & furiale malum.
 Dux es in arma sacer, Martemq; accendis honestis
 Moribus, Antistes, dogmatibusq; sacris.
 Viue diu, pia bella diu gere, nosq; sequaces
 In tirocinium militiamue rape.*

MATTHIAS KROLEVIENSIS.
 Seminarij Alumnus.



N O S O C O M I V M.

A Edibus his, Pietas mihi quas erexit auorum.
*Aeris inops, in opes, Ptochotropheon alo,
 Te simul ac didici MARTINI nomine dici^c
 Præsul, ô ingenti Latitia exsilui.
 Exsiluere mei: fausti vir hic ominis, aiunt,
 Nempe patronali more, benignus opum.
 Sanctus Martinus miseris succurrere doctus,
 Viuus adhuc, Domini laude, probatq; erat.
 Ut minus, ô Præsul tua munificentia diuum,
 Te canet, extincto laus erit, atq; salus,*


IOANNES PODOSIUS.

E OMNI

OMNIBVS OMNIA FACTVS.

P *Ac*ale mundi Sydus Hyparctici,
Illustris Heros, Sauromatum decus
MARTINE, virtutis resurgens
Artis & ingenuæ theatrum.
Antiqua Anorum clarus adorea,
Alma Syonis murus abeneus,
Nitorq; Cleri, quem bicornis
Insula condecorat Pedumq;
Splendes Eoo sidere pulchrior,
Coruscus inter, Mitrigeros Patres,
Coruscus inter quotquot Arctos
Clauigeros, colit, Optimates.
Sat splendisti Lucorienfibus,
Huc POSTVLATVS, splendor & hic tuus,
Diffulgeat, Plocensibusq;
Præradiet populis ad astra.
Lucerna Myftris; sis Pharos auis,
Tutela Musis, portus egentibus,
Sis Orphanis preffisq; asylum;
OMNIBVS OMNIA FACTVS, audi.

JOANNES KONDRACKI.



EMBLEMA

NVXBASILICA IN AREA COL- LEGII INTERIORI SITA.

AReola in media, quæ PATRVM habitacula quæ
Arbor abundaces porgit in astra comas. (drat,
Quinq̄, ter ante annos sata Patrum, & culta labore,
Plagarumpatiens, reddit adulta vices.
Ornat, opacat, alit, nuce, fronde, virore Satores,
Quàm bene designat munia vestra, Patres?
Non docili pigeat curam impendisse iuventa.
Est labor, eximia fruge sed ille minor.
Conspicitis ne, Patres, vestri quam plena laboris
Sunt loca Sarmatiæ? germina quanta virent?
Germina in arboreas passim assurgentia moles,
Quæ frugi Patriæ sunt, decoriq̄, sua.
En, ut omittam alios armis Heroas, & aris
Atq̄, perillustres Marte, togaq̄, viros;
Surculus en huius quondam SISCOVIVS horti
Aonii, quàm nunc Arbor opima ferax?
Musæ, Musagetæ, petite arboris huius opaca:
Vos teget hæc, decus hæc & recreamen erit.

PAVLVS KARSKI.

MARTINVS SISCOVIVS

ANAGRAMMA.

I SACRIS VOTIS MVNVS.

MArtia Poltoicis ubi ciuibus ingruit Ate,
Nata tot immeritis trux dare damna viris.
Quid facerent miseri, pastore ac Prasule nudi?
Inclamant superos, auxiliumq; vocant
Templa sacris votis incendunt, astra precatu,
Pontificem ingeminant, Pontificemq; petunt.
Qui sit munimen, qui murus abeneus urbi,
Ciuibus, & mystis, Palladioq; gregi.
Audijt hoc ather, Rex atheris annuit; Inunc,
MVNVS, ait, VOTIS, ~~MVNVS~~ ô Hierarcha SACRIS.

PETRVS GODLEVSKI.

199 * 9 * 99 * 9 19 * 9 9 9 9 9 |

VERÆ TUA CYNTHIA PAR EST.


FUit ubi Prasul duplex tua luna Camenis
Naruicolis, omen quæq; profata suum.
Prima, ait, exuperat rutilanti ut lumine stellas
Luna, Dynastias sic honor iste tuus.

Altera

Altera, ceu radians decor est, Stellantis Olympi,
 Luna Masosiadis sic tua luna tuis,
 Tertia, ut humoremq; sacris roremq; ministrat,
 Luna animos dio sic tua rore rigat,
 Quarta, velut furua est moderatrix Delia noctis,
 Ducit & illustrat sic tua luna rudes.
 Quinta, potens velut est immensi Cynthia ponti,
 Sic tua turbellas mitificare potest.
 Sexta, canon velut est ea temporis aëra mutat
 Sic tua tractanda norma canonq; rei.
 Septima, Phabe accepta refert sua lumina Phabo,
 Quicquid habes vni praesule & ipse Deo.
 Octava, augetur virtus te praesule, crimen
 Vanescet luna hac fatur virumq; duplex
 Nona quid, ensis, ait, regimen nisi denotat, aut crux
 In capulo regimen scilicet esse sacrum.
 Annuit huic Pallas regimen sacrum esse piunq;
 Quod bene nemo gerat cassus amore crucis.

NICOLAUS KOWNACKI.

Seminarij Alumnus.


 VERÆ TUA CYNTHIA PRAE-
 STAT.

ARua colunt Libes, inimici solis, Atlantes
 (Rex & hic osores, ut probus omnis habet)
 Sole calent nimis hi, sitiunt, hypogea subintrant.
 Hinc iubar in solis tot maledicta vibrant.

Rectius in Phaben ego crimina dixero vera,
 Et vitia extulero, tot quibus una scetet.
 Quæ tamen in geminam Phaben, insigne patritum,
 Pontificis nostri non cecidisse queant
 Phabe signiferi præter vaga permeat omnes
 Anocuis stellis vim nocuamq; trahit
 At tua SZISCOVI stat soli iuncta benigno,
 Sontibus & solis incutit ense metum.
 Phabe se obiiciens, aduerso in cardine, Phabo,
 Lurida fraterno lumine deficitur,
 Quin etiam nobis Solarem intercipit aethran,
 Bigam interiiciens, cornipedesue suos,
 At tua SISCOVI, cum nunquam à sole recedat
 Semper inoffensum Cynthia lumen habet.
 Illa à fraterno quia longius absilit orbe,
 Plus habet ad terram lucis, ad astra minus.
 At tua SZISCOVI iunctissima iugiter aethra
 Christidi, plus iubaris sidera versus alit.
 Illa modò occiduas partes, modò spectat Eoas:
 At tua luna simul iugis utraq; videt.
 Quid loquar effectus, quos procreat illa malignos?
 Cum tua nil pariat tota benigna, mali.
 Nos facit instabiles, varia & mutabilis, illa;
 A Salomone typum desipientis habet.
 At tua constanti micat inuariata tenore,
 Officijq; memor; cuncta scienter agit.
 Illa oculos male distortos facit, atq; strabones,
 Si quicquam expertis creditur Astrosophis.

*At tua nos rectumq; monet, calosq; tueri
Nec diuina ensem temnere iustitia.
Stet sua laus vera, licet haud sine crimine, Luna:
Criminis expertem pluris habebo tuam.*

ALBERTVS ROZLANOWICZ.
Seminarij Alumnus.

MARTINVS SISSCOVIVS,

DEI GRATIA, EPISCOPVS PLOCENSIS.

ANAGRAMMA.

ANTISTES REGIS CONSILIO
AC SVPERVM SVSCIPIAS ID OPVS.

A*N dubitas, MARTINE, Pedum Lucense Mitraq;
Linquere, cum te aliò Rexq; Deusq; vocet?
Haecenus exiguo tua cura fidelis ouili
Se impendit: iam nunc maius ouile datur.
Maius & integrius, quod eget vigilante Magistro,
Ne qua, Lycaonio dente, necetur ouis.
Ecce BARANOVIVS tibi lampada cessit; eandem
Lampadi tu PAVLO trade VOLVCIADVM.
Sat Lucense tua templum iam lampade lucet.
In grege sat modico iam tua visa fides.*

Te

Te Deus, atq; Dei vice qui modò præsidet Aris,
Ad maiora, tuo Rege probante, vocat.

Teq; SIGISMUNDVS, Diuorum gloria Regum,
Cuius habent sacrum Plocica templa caput,

Teq; LADISLAVS REX, Te MAVRITIVS huc Dux,
(Hi duo Poltonia sunt in honore) vocant.

Anna Regina Polonie, S. Ladislai Caput tē plo S. T. d d
ANNA Sacri est Regis, mater tera Regia, patrum
Fesidūm adicula gratificata caput.

Porro Ducis cranium, tuus Antegressor ab oris

Attulit externis principe in ade situm,

Te vocat alma sui cultorem, cuius imago

In Cleri geritur stemmate Virgo parens.

Calicolum toto, tu conspirante Senatu,

Hoc, manifesta fides, culmen honoris adis.

Numinis, atq; tui variatus nominis ordo

Te vocat hoc ad opus, Plocia clamat; ades.

ANTISTES tibi maius opus dat Plocia, REGIS

CONSILIO AC SVPERVM SVSCIPIAS ID OPVS.

NICOLAUS WIELGOLEMSKI.

Seminarii Alumnus.

AD ECCLESIAM LVCE ORIEN-
SEM.

LVcora, quæ tibi mens caritura Præsule caro.

MARTINO, æternum quo tibi dulce frui?


Credo

Credo equidem, magnam tibi partem lucis ademptam,
 Te gemina hac Phebe destituente, putas
 Credo equidem gemebunda trahis suspiria, Diuum
 Obtestata fidem, plangis Alumna Patrem
 Nec minus agra doles vrbs quam Sesamina migrante
 Ad Nazanzenos Praesule Gregorio;
 Aut quam Nazanzum, cum carus Alumnus hic idē
 Byzantinorum templa vocatus adit.
 Astra Deumq; vocas, ac Diuos; ante sed omnes
 Qui tua tutatur Pergama Nicoleon;
 MARTINVM ut teneas causam innectasue morandi
 Nec minus Hoplomachos sollicitas ad idem.
 Hoplomachos qui Liuonici ob stipendia Martis,
 Ad Brestam resides otia longa terunt.
 His delensico praecordia flectere verbo
 Ille tuus Praesul muneribusq; solet.
 Parce tamen gemitu, pia Lucora parce querelis,
 Nutibus ac Superum te sine lege regi.
 Caliculae plures à qua stant, Plocia vincit;
 Praesulis abscessu mesta sat ante sui:
 Sporecreata noui iam tota triumphat, in ensem
 Optat & in Lunas lumina ferre nouas.
 Tuq; Calydonia cui virgo inhaesit, Vrsa,
 (Stemma VOLUCIADVM) luce fruere noua.
 Viribus vrsa valet: virgo proba temperat illas.
 Virgo gerit spicam, monstrat & vrsa polum.
 En quantum solamen habes, ô Lucora, qua spe
 Hic nouus Antistes te releuare queat.

Volucio-
 rum ste-
 ma.

*Sortis amica sua se soluit Plocia luctu.
Lucora, sorte tua cur hilareris, habes.*


ANDREAS WARDACIVS
Seminarij Alumnus.



DOMINVS ILLUMINATIO
MEA ET SALVS MEA QVEM TIMEBO
Ps. l. 26.

*Haud nos Tartareus nigror, haud nos terreat hostis
A Domino lucis spesq; salutis. adest.
Sunt huius documenta rei tua stemmata Præsul
A Lunis lumen, surgit ab ense salus.*

JOANNES BRONISZEWSKI.



VIRTUTE SVB ASTRA VEHERIS.

*SZISCOVI rutilans Pontificum iubar,
O & dulce decus Pierij gregis,
Sunt qui te Clarijs canant,
Clarum sanguine, tibijs.
Sunt qui concelebrent ingenij sagax
In te consilium, culti animiq; opes.
Quas præfers Pelopis cadis,
Auro diuitis & Myda.
Sunt qui laude vehant pectus eburneum,
Doctrina varijs dotibus inclytum,*

Quas

Quas diuina scientia,
Quas & sacra Themis dedit.

Sunt qui commemorent & stupeant simul
Artem qua peragis munia, dexteram,

Largosq; eloquij fauos,
Qui vel Nestora concedent.

Hoc & nostra Erato laudat & obstupet,
Virtutis studium seil magis approbat,

Lesbo à fide & occinit,
Quo mire tua mens flagrat.

Flagrat? flamma rapax quin velut abdita
Perrumpit superum & fertur in aethera.

Illustratq; fidelia
Hæc & corda recalfacit.

Viuax Poltonicum testis Ephebiion:

Viuax Rcmuleum testis Ephebiion
Illic prima puertia,
Culta est hîc tua Ephebia.

Viuax Craconia testis Episcopa,

Viuax Lucorica testis Episcopa,
Illam pars decoraueras,
Ast huic præfueras caput

Virtus ô vireat tam pia per diu

Sublimi feriens sidera vertice,
Te verum ad Dominum vehat
Palma. & munere nobilem.

STANISLAVS GROCHOWICKI.



EMBLEMA.

NARVIA.

ANIMALIA VIROSA PEROSA.

Fluxu electriferas leni qua sulcat arenas,
 Naruia Poltonicam lambit & ambit humum.
 Nec procul inde Serociaci sub littora vici,
 Se sociat lymphis, Buge nigelle tuis.
 Nigrantes undas pedetentim candida vincit
 Naruia, Vistuleis seq̄ remiscet aquis.
 Naruia, Bugiacis te Vistuleisq̄ fluentis
 Antefero, nullum tu pote virus alis.

Sic Du- glossus & Crom. Nec violator aqua natrix, nec aquaticus anguis,
 Nec tua virosus per vada buso natat.

Quin ubi Bugigradis si nauibus haesit Enhydrus,
 Absilit, atq̄ tuas sibilus horret aquas.

Hoc ais, Hareseos, qua nulla nocentior est res,
 Omne Masossiacis virus abesse Scholis.

Masouia immunis Hareseos. Nulla Luti ranis statio hic est; nulla venenat.

Ex Caluinofuris templa scholasue nepis.

Pro grege Pontificum vigilantia tanta sacrorum
 Hic viget; hac pollet Praesul & iste nouus.

Euge bono tanto, generosa Masossia, Regi
 Hac superum stabili sta bene fida fide.

ALBERTVS NIVOLIUS.



MARTINVS SISCOVIVS.

Anagramma.

IS SCVTVM NOVIS ARIS.

M *Artis habet nomen, gerit in Clypeoq; Macharã.
 Parce Masofiadum nobilis ora metu.
 Non vir hinc hostis, at hospes adest, placidissimus hospes.
 Presul hic arma, quibus te tueatur, habet.
 Hic Hyperaspites tibi, protectorq; sacrorum,
 Summus erit. Versum nomen id eloquitur.
 Nempe NOVIS ARIS vir IS inviolabile SCVTVM
 Is Clypeusq; adytis heptabdeus erit.*

SEBASTIANVS KAKOWSKI.



V. DEIPARA ECCLESIAE

PLOCENSIS ET POLTOVIENSIS
INSIGNE.

D *ic ô Virgo age, dic parens Satoris
 Soterisq; Dei, cui per orbem
 Aræ tot meritos ferunt honores
 Votis Niliaciq; odore thuris;
 Ecquam luna, tui decens imago,
 Ecquam sol videt hoc in orbe gentem*

Deuotam tibi plus tuoq; nato,
Romana fidei tenaciorem,
Quam sit magnanimi genus Masossi?
Armis acre genus frequens & aris,
Virosas simul Hæreses perosum,
Hæreses Superos coli vetantes.
In te, Dina parens Masosbianus
Clerus & pia plebs honore fertur,
Cultuq; eximio Deum secundum
(Caluino exta crepent ut & Luthero.)
Nec res vocis eget: loquuntur ades
His araq; locis tibi dicatæ.
Cleri Plociaci sacer Senatus

B V. stē-
ma Eccl.
Plocē. &
Poltoui. Cleri Poltonici sacer Senatus
In stemma, effigiem tui verendā,
Signatorio in annulo, præoptat,
Rerum ut nulla fides, tabella nulla
Pactorum, nisi teste te, probetur.
Spem das Poltonicis Dei puelli:
Monstras Plociacis Deum puellum.
Antistes nouus his datur senaclis,
Haud nutu absq; tuo, tuiq; nati,
Cultor ille tuus cliensq; notæ:
Ille, gemma tuæ sodalitatæ,
Hoc quam Poltonicum fouet Lyceum.
Hic ensemq; suum, suasq; lunas
(Quod fert stemma sua domus auitū)
Commendatq; tibi tuoq; nato,

Lunas sub pedibus tuis premendas
Nato dat gladium manu tenendum,
Fallor? an gladium redonat idem
Natus? an quoque tu suas redonas
Lunas? ut sibi creditos manipulos
Doctrina irradiet beatiori,
Exemploq; regat probatiori,
Huic ô Dina faue, bene orsa vertant.


ADAMVS LOSSOWSKI



OMNI DIGNVS ENCOMIO-

SZISCOVI pie nobilis diserte,
Magnum Episcopiæ decus tyaræ,
Romanae fidei fidelis Atla,
Gentis Lechiaca potens columna?
In te quid prius efferet Thalia?
An virtutis opes? decusq; mentis?
An flagrans studium Dei timoris?
Fortuna decora oris an nitorem?
Sagax consilium? an sacros honores?
Ampla an stemmata sanguinis paterni?
Olux Pieridum, ô decus sororum
Nil in te prius ultimum uè cerno.
Hæc si Musa nequit satis referre
Dignè singula, laudet uniuersa.

PAVLVS DABROWSKI.




EMBLEMA.

SELENITES.

*FERTur Iaspidino lapis esse, in Perside, vultu,
Quem Graij luna nomine iure vocant.
Scilicet huic medio notula est candore niuali,
Omnia lunaris moris & oris habens.
Luna ubi virgineo suffunditur ora rubore,
Hæc rubet: illa nouat lumen, & ista nouat.
Huius ope anxifera fugiunt è pectore curæ;
Huius & extinctus ui inuenescit amor.
Tute Selenites, Antistes, habebere nobis,
Vnio Sauromatùm Iaspide fulgidior.
Ingenjum caeleste refers, dignumq; Satore
Te fingis, res & ui Deitatis agis.
Te veniente animis hominum procul exulat angor,
Tuq; reconcilias astra Deumq; tuis.
Dic in amicitiam coëant, diuine sequester,
Turbida quos animos dissociant Eris.*

THOMAS PILCHOWSKI.




NIHIL HIC LYSIPPVS,

A PELLE S.

Narnias

N Aruias electri bene magnum in littore grumum
 Nais ut offendit, fors bona, letor, ait.
 Præfulis os habitumq; noui splendescet in isto,
 Nuper ut à Bugi Naide docta fui.
 Consciens est Bugus, qui Præfulis hæctenus aulam,
 Nomine Ianouiam præterit atq; rigat.
 Vir sat hic est celso gracili sed corpore vultu
 Heroo, grauis & gratus in ore decor,
 Grator electro, Paphio conspectior astro;
 Candescunt canis ora, caputq; pilis.
 At quis in hoc animi potis effigiare decorem,
 Quem afflat ei toties calitus acta Charis?
 Est minus electrum: regale requiritur aurum.
 Non id Lysippi non id Apellis opus.
 Rex Macedum licet his, fingi decreisset ab unis
 Vna queat nostrum pingere Dia Charis.

STANISLAVS GROCHOWICKI.



MARTINVS SISCOVIVS.

Anagramma.

SIS, M V C R O, V I T A, S I N V S,


P Ræfulis ut vidit geminatam in stemmate lunam.
 In medioq; enses fulgere Poltrouici
O ter felix omen! ait, mihi mucro saluti,
 Vita, per fugio, luna bicornis erit.

G

Protegi-

Protegitur mucrone salus, ubi perfurit hostis.
Vita, habet ac regimen Cynthia, luce iuuat,
Vive ô SISCOVI multos Antistes in annos,
Ut mihi SIS MUCRO sis mihi VITA SINVS

IACOBVS PONIATOWSKI.


MEDIATRIX DELIA RERVM

Pervigil arcana moderatrix Delia noctis,
Et nemorum Latonia custos,
Inter Olympiacos orbes, terrasq; iacentes,
Ardua regnat, agitq; sequestrem;
Hinc supera astra videt sociorum & regna suorum,
In medioq; palatia fratris.
Aspicit hinc Hyadas, rutilumq; orionis ensen;
Hinc ignem, aëra, Ponton, humumq;
Quicquid & à superis, fraterno quicquid ab astro.
Mutuat in sola funditat ima.
Tu quoq; SZISCOVI mortalibus esto sequester,
Nos mediator & inter Jesum,
Religione place superis, superumq; parentem;
Ibure pio, & prece supplice placa.
Diuina iubar & Charitos, quod cœlitus hauris.
In cacas pius, influe mentes.
Numinis offensi pietas tua mitiget iram,
Vltorem suspendat ut ensen.

Fallor

*Fallor? an huius habes monitricem, in stemmate Lunam,
Qua gladius cohibetur utrinq̄?*

IACOBVS TARNOWSKI.

LVCET VT PHARIVM IUBAR.

MARTINE, nostri praesidium soli,
Stellantis idem delictum poli:
Virtute cui rebusq̄ gestis
Mitra pedumq̄ datur secundum.

Sunt, magna per te rite negotia
Transacta Regni; clarus es exera
In gente crebrescit probata
Eloquij celebris venustas.

Doctrina lucet, ceu Pharium iubar.
Splendore lustrat Cymmerios lacus
Et schisma perstringit Ruthenum.
Conciliatq̄ gregi salutem.

Tu pacis almae tutor & arbiter,
Prudente nisu dissidium premis.
Nec rebus inflatus secundis,
Nec vacuis tremefactus umbris.

BARTHOLOMÆVS ZAWADZKI.

EMBLEMA.

ELEPHAS NEOMENIAM OBSERVAT.

Quis credat? pietas ratione carentia bruta
 Tangit, & hæc sensum religionis habent.
 Indicus en Elephas puro se flumine mersans
 Expiat exortu, Cynthia pura, tuo.
 Disce Masossiadium plebes pietate moueri:
 Peniteat scelerum; iam noua Luna micat.
 J melior, Lunamq; recens diuinitus ortam
 In spice. Pontificis iussa sequare noui.
 Si premeris, ueluti premeris, fac Numina places:
 Misce muneribus vota precesq; piis.
 Hoc Elephas & agit, iacit ager ad æthera flores,
 Lucã ne sit nobis bos pietate prior?

IOANNES RYKACZEWSKI.

MARTINVS SISCOVIVS.

ANAGRAMMA.

O SIS CVM ARIS VNITVS.

Copula vix melior, vix vnio firmior extat.
 Quam diuini adyti Pontificisq; sacri.
 Huic adytum cura est simul hic dotatur ab illo.
 Alter & alterius commoditate flagrat.
 Hic creat, hic ungit, sacrisq; altaribus unit
 Rite sacerdotes, qui pia thura crement.
 O pie Præsul, ait, tibi coninga Plocia; SIS CVM
 ARIS VNITVS nomen omusq; monet.

SIMEONIS DROZDOWSKI.

EDI-



EPISTEMMATIA.

I.

Siderum, Phæbe, decus, æmulatrix
Et soror Phæbi, radians opacam
Quæ regis noctem, patulaq; mundum
Lampade lustras.
Nobilis mitrâ Patrium bicorni.
Stemma. SZ ISCOVI, cedò, cur, tenente
Ense districto medium, gemellis
Cornibus ornas.
Ense concessum regimen notatur,
Luce doctrinæ quod eget, metusq;
Numinis; Præsul pius hic utroq;
Lumine pollet.
Terra ter felix, Hierarcha talis
Cui datur: iunctis radiosus astris
Ille tutamen tibi, lumen ille
Præstat abundè.

ADAMVS MILEWSKI.

II.

CVr Selenia, lunulasue binas,
Non Latonian orbe pleniore
Fers in stemmate, Præsul ô, Patrîto?
Hoc factum bene, congruè, decenter,
Est Latonia fratris æmularrix.

Per se lucifluo carens vigore,
Per se lucis inops nisi, aurifulga
Phabi ad lumina fratris, os reclinet,
Huic quò iunctior. hoc magis refulget
Os sublime gerens, & astra versus
Fulgor hic licet haud satis patefcatur,
Lucis particulam tamen iacenti,
Ceu leui speculo, reflectit orbi.
Quoq; à sole remotius recedit.

Causæ
Ecclip.
Lunar:

Incurfura feri caput Draconis,
Ingrata magè fit propinqua terra,
Terra interpositus opacitate
Qua solis iubar impedit subinde
Et longis tenebris premit gementem.

Obscuris in equis laborat illa
Umbrâ erumpere fratris, ac serena,
Quò damnum leuet, ora conspicari,
Lata restibili fauore lucis.

Tu MARTINE, fapis, propinquitate
Solis iustitia usque & usque gaudens,

Usq; & usq; animo iubar supino,
Cuius parte aliis mices, adhauris.

Sic ô sic Domino Deoq; iugis
Hære, corq; Polo fer irretortum.

Draconis subitum nec extimesces,
Solis oppositum nec extimesces,

Terra interpositum nec extimesces,
Lurorem scelerum, nec extimesces.

Sic

Sic rerum ille potens sacratorum
Sic ensis tuus omne fas piumpq̄,
Fulgens luce palam, teget regetq̄.

IOANNES SWIDERSCIUS.

III.

Stemma tuum Præsul quod luna biformis & ensis
Insignit, mores exprimit omne tuos.
Cynthia bina quidem geminum tibi lumen inesse
Indicat, & fidei, lumen & arte datum.
Perpetuosq̄, tuum radians fore nomen in annos
Denotat: illud erit, dum iubar istud erit,
Lustrat & illa velut spaciosum crebrius orbem,
Sic tua commissum sollicitudo gregem,
Illa suo influxu terras ut opimat inanes,
Replet egenorum sic tua dextra sinus.
Quid porro gladius stellatus Iaspide fulva?
Quid, nisi tu quod habes signatis imperium?
In capulo crux est, crucis ut munimine tectus.
Tutius hoc regimen Præsul, obire queas.
Tutus obi, diuturnus obi, nos lumine lustra.
SZISCOVI, gladio nosq̄, tuere tuo.

IOANNES KOSSNIK.
Seminarii Alumnus.

IV.

Luna bina, tua, SZISCOVI Amplissime Præsul,
Stemma domus; medio crux micat an gladius?

Est

*Est acies gladii: capulum crux ornat, & armat.
Cuncta quadrant, per iter dux es ad astra crucis.*

GASPAR CIECHANOWIENSIS.

V.

*CVRhinc inde rubro micat aurea lunula scuto,
In medioq₃ locum fulgidus ensis habet?
Tu quod es eloquitur. SZISCOVI Praesul, auita
Hoc insigne domus, officijq₃ monet.
Doctrina & virtute nitens Ecclesiam ornas.
Verbiq₂ astridoci Dux regis ense gregem.*

JOSEPHVS KOSSOMSKI.

VI.

*ANte fuit ferro crux iuncta figuraq₃ Luna,
Stemmata sunt eadem nunc in Episcopio.
S^t quod lunata & sole & crux iuncta prioris
Liquerat infectum, perfice, Praesul, opus.
Cruce est in capulo; lumen tibi Luna ministrat,
Res age, Tanarios ense repelle lupos.*

NICOLAUS OGLEDZKI.


VII.

*DImicat atq₃ micat: sacris & dimicat armis;
A grege calidato cum fugat ense lupos.*

Et


Et pietate micat, cum, sancta regula vita,
Diuorum interpres, qua docet illa facit.
Nomen & ensis ait primum, dupla Luna secundum.
Quam bene conueniens stemmati nomen habet!

ALBERTVS SARBIEWSKI.


RES LVNÆ ARGENTVR AD
AVCTVM.

Q. Vis regi neget esse poli mortalia cura?
Quis neget à superis inferiora regi?
Maxima vis vni, qua & terra proxima, Luna
In res, quas varia mobilitate ciet.
Quicquid ubiq; satus, auget ad illius auctum;
Incrementa capit, quicquid ubiq; viget.
SZISCOVI Prasul, noua tu data Cynthia nobis,
Cui gemina insignit Cynthia stemmâ tuum.
Cresce, vige, luce, Diuina luce corusca,
Cælitis inq; dies augmen amoris habe.
Te crescente, tibi subiecta. Masossia crescet,
Et placitura Deo surget opima seges.

STANISLAVS ZAKROCKI.


EMBLEMA.

ANDRODAMAS.

Chrysolithumne stupes, bellumue Topazona? cessa.
Et virtus & inest Androdomanti decor.

H

Ille

*Ille viros domat, unde trahit memorabile nomen.
Irarum furias viribus ille domat.*

*Quadratam gerit hic Tessellatamue figurā,
Est consummati Symbolon illa virtus,
Te lapis iste notat, SZISCOVI amplissime Præsul,
Seu specto mores, verus, es Androdamas.*

*Quid mihi, quaeso, dabis te consummatius uno?
Seu specto vires, verus es Androdamas.*

*Quid mihi, quaeso, dabis te pacifcentius uno:
Per te mitescit Martius ille rigor,
Martius ille rigor patriam, sine lege, tumultu
Qui civili agitans tot loca vasta dedit.*

*Huc ades Androdama, te nam rutilante, Celeno
Martia Poltonicos non temerabit agros.*

STANISLAVS SZYSZYNSKI.

MARTINVS SISCOVIVS.

Anagramma.

SIT NOVVS CASIMIRVS.

D At Deus hunc; populus, proceres, mystæq; receptant,
Viq; sibi NOVVS hic SIT CASIMIRVS auent.
JACOBVS GVMOWSKI.

PAR LVCE PYROPO.

*Q*ua vena Clius! qua s'at Apollinis
Celsis honorum te modulis lyra,

Mar-

MARTINE, virtutes in aenum
Emodulata tuas perennet?

Qua sol Wolhinum qua vel Iaxygum
Illustrat urbes, Luna tui nitet

Laboris, expertes Latini
Iuris & hanc stupuere Russi.

Te Persidis nunc regia nobilis,

Te Teuto, Thuscus, quiq; Borysthenem,
Et Balthicum qui sulcat aquor,
Te Gothus & merito, stupefcit.

Clari Pyropi scilicet instar es,

In se refusum qui iubar excipit,
Seu Phabus illud, seu bicornis

Cynthia spargat in obiacentem;

Seu lucis auctor Phosphoros aureus,

Seu sit capillis rosida Pleias.

Ipse ardet in Lymphis repostus

Ipse apyrotus habetur orbi.

Am Sancte Prasul, iure tuum pari

Caleste pectus participat iubar.

Num te voluptatis fluenta,

Num Sathana ignea tela ladant?

Pyropus ô hic ardens ardeat,

Et seras ultra lumine promicet:

Illustret hic & nos, precamur,

Calefluumq; iubar ministrat.

ANDREAS MIEROSLAWSKI.

ODOR EX VIRTUTE RESULTAT.

MARTINE Pastor Plociaci gregis
Et digne sculpi celo adamantino
Et digne pingi, quo triumphat
Gracia, peniculis Apellis.

Virtutis in te gloria candicat
Sublimiorum splendor & artium,
Concinnitas ac apta morum,
Qua superisq; places & imis.

Petente Phabo vellus ut aureum,
Nonanteq; anni tempora floridi,
Gratos iacit nimbos odorum
Per virides Zephyritis hortos;

Intrante sic te templa Masossica
Nonasq; sedes, Prasul ô in clyte,
Odore virtutum tuarum,
Reddimur undiq; delibuti.

Sic eia pergas his opobalsamis
Tam gratiosis his & odoribus
Mulcere mentes: tecum in astra
Nos trabe curriculò sequaces,

ANDREAS LIGOWSKI.

MARTINVS SISCOVIVS,

ANAGRAMMA.

SIS AMOR VNICVS TVIS.

Hac

HAC patre hac pastore tenus nos viximus orbi.
Pastor Paterque tu daris.

O quam te cupidus omnes amplectimur vlnis.

MARTINE PRÆSUL optime,
Pastori gratamur oues, natiq; Parenti.
Nos in tua sumus fide.

Nosq; tui sumus est eadem vox omnibus vna;

AMOR TVIS SIS VNICVS.

IOANNES CHODVBSKI.

VIRTVTIS NOMINE NUMEN.

VAnus ubi Psaphon vult Numen in orbe videri,
Docet volucres proloqui;

Quæ post demissa promant per inane volando;
Psaphon hic est nouus Deus.

Tu virtute tua proprioq; celebris honore,
MARTINE, non fucis eges.

Integritas, virtus, Pietas, Clementia, candor,
Præstant parem te Numini,

ALBERTVS SZOLDANOWSKI.

MARTINVS SISCOVIVS.

ANAGRAMMA.

VIR COMIS NATVS SVIS.

NIl animos ita conciliat ceu gratia morum,
Comis & in quo suis sermo fauorq; Ducis.

H 3

Sunt

*Sunt metui, vultūue truces, linguæue minacis
Fulmine terribiles, sunt odioq̄ suis.
Dedecet ira sacrum faciesq̄ austerā Tiaran.
Comis es v̄pilio? sponte sequuntur oues.
Comis es atq̄ tuis natus, MARTINE, regendis:
Te metuunt & amant, quos Hierarcha, régis.
O rege nos, Hierarcha, diu, qui nomine verso
VIR COMIS, NATVS diceris atque IVIS.*

STANISLAVS SIECINSKI.

EMBLEMA.

CYNOCEPHALVS NOVILVNIO GAUDET.

*CERNIS vt hic Pharius, Summos resupinus in vngues
Stans, Caniceps Luna gestiat orbe noua
Namq̄, caua Luna visus hominumq̄ latente,
Prorsus vt raptam languidus ille gemit.
Stratus humi agrescit, fert esuriemq̄, nec illam,
Ante noua Phæbes cornua visa, leuat.
Nos ex quoliquit PRÆSVL BARANOVIVS heu quæ
Non mala nos Martis Mulciberiue premunt.
Luna fuit nobis hic vt adfuit; hinc vt abiit
Quid nisi caligo quid nisi mæror erat?
Tu bone SZ ISCOVINOUA nobis luna refulges:
Idq̄ tuo insigni, fronte animoq̄ probas
Ense tuo viso, fugit Ilias illa malorum.
Gaudia mille animis ô noua luna paris.*

ADAMVS ARCZISZEWSKI.

EM.

EMBLEMA.

CARVNCVLVS CARCHEDONIVS.

IN Carchedonio, cui lux est ampla, lapillo
Lumine flammigero stella corusca micat.
Et sic auricomo sublimem lumine complet,
Aethera, & ipsius luce refulget humus.
Flammea corda tibi, Praesul, coquit Entheus ardor
Dirutilat morum luxq; refusa gregi.
Terrigenum simul ardenti face pectora lustras,
Et simul exhilaras lumine templa poli.
Lucidus ergo lapis stella est de lumine, sed tu
Lucidior Christi qui pietate nites.

THOMAS POKRZYWNICKI

MARTINVS SISCOVIVS.

ANAGRAMMA.

SIS MVTANS COR VIVIS.

DVm Superat mortalis adhuc, dum vescitur aura,
Cor mutare potest & meliora sequi.
Ast ubi vitali iam lumine cassus, in umbram
Mutatur, vitæ spes melioris abest.
Abrari dum vita manet, sua corda reflectunt
Res ad inocciduas omne bonumq; Deum.

Corda


*Corda in terram curua, bonis adstricta caducis
Nescia diuelli, dura adamante magis.*

*O bone SZISCOVI, qui sidera stemmate monstras
Cum gladio, gladij nunc opus arte tui.*

*Cuius es interpres, diuinum denotat ille
Sermonem, gladio qui penetrabilior.*

*Vividus est VIVIS MUTANS COR acinace SIS hoc
Vult id mutatum nomen & officium.*

MATTHIAS KOSSOBVDZKI.



LVNA BIGIS VEHITVR.

*I*Nuehitur biuigo Phœbe radiosâ coniugio,

Luciflua quoties lampade lustrat humum

Præsulis ensem eadem SZISCOVI stemma coronat,

Fulget ut hic animo præsul; an omen abest?

Iungit ut hæc bijugos rutilo temone iugales,

Sic auet hic bijugis Præsul ad astra vehi.

Numen honori ut amet pius, Euigenasq; saluti;

Plenus amore gregis, plenus amore Dei.

PAVLVS PIKARSKI.

LVNA TVA NON MINVETVR.

ISAIE LXX.

*C*Rebrò candidulam lactea Cynthia

Obnubit faciem, fronteq; tristior

Obscura ingreditur, pallidulis equis

Clarum territ at athera.

Quid

Quid mirum oppositus hanc solidi soli
Phæbo à fratre vetant prendere lumina.
A furua Eumenidum matre quis exigat
Humentes tenebras procul?

At Phæbe bipatens, à proavis tuis.

Quam tu, Præsul, habes, NON MINVETUR. HÆC.

Non condet tenebras lumen in abditas:

Pulla hæc non feret effeda.

Soli iustitia proxima scilicet

Terreni oppositus illa nihil feret,

Letho peius habens dedecus omne quod

Obscuroat iubar entheum.

Luce hac luce pij Cynthia Præsulis

Te lucente hominum pectoribus procul

Noctis Tenariæ diffugiat nigror.

Ethram prorsus adhauriat.

ADAMI DROZDOMSKI.

COMPELLE INTRARE LUC. 14.

Invitamus adhuc, ô amanda fauentia DIVÛM,
Ad celi ambrosios nectareosq; toros?

Invitat placidè Rex, convinator, Olympi,

Per famulos Mystas, Pontificesq; suos.

Lucida nosq; suis iuvitant noctibus astra,

Diuitiasq; docent deliciasq; poli.

Nos mora segnis habet, rebusq; hæremus in imis?

Fluxilibus! nihili? terga damusq; DEO?

Hic

*Hic pia vis opus est SZISCOVI ô nuncie Christi,
Misse recens, Lunis æthera pande tuis.
Si fatui renuant, compelle intrare nec Ensem
Stemmata nequicquam fers, Hierarcha, tuo.*

MATTHIAS GRZYBOWSKI.

CEDUNT PALATIA TEMPLIS.

*Vulgo di-
strictus.* **C**lara Palatinis ô bina Nomarchia sceptris
Jus dare Calisto Siradioq³ potens,
Vos SZISCOVIADÆ quondam rexere toparchæ
Atq³ Palatini Marte togaq³ graves.
Candida Luna toga, belli Ensis claruit horum,
In Clypeo cristis Casidibusq³ nitens.
Clarius illa domus modo Luna bicesp³ machara,
Lumine MARTINI Prasulis aucta micat.
Eia Palatinis domus ô generosa triumphes,
Antestat Antistes præstat Et omne decus.

JACOBVS GRZYBOWSKI


MARTINVS SISCOVIVS,

EPISCOPVS.

Anagrammatismus.

○ PARENS SIS PIVS CVSTOS CIVIVM.

*S*iqua periclorum natos pauesecerit umbra,
 Mox territi parentis appetunt sinum.
 Nos miseros ciues, tot aperta pericula vexant,
 Non umbra; cuius hinc imploremus fidem?
 Ipse Parens Albertus abest, orbosq; reliquit,
 Quos texit ante hac à furore Martio.
 Pollicitus MARTINUM abiens, cui Plocia deinceps
 Pareret: idem qui foret nobis Parens.
 Non comparet at ille Parens, hoc tempore tanto,
 Regni negotio retentus fors graui.
 Non leuium interea premit hinc nos turba malorum,
 Hinc nos abactus militares pauperant,
 Hinc furit immixtis in opes Vulcanus habenis,
 Arra in familla Brokense oppidum iacet.
 Poltoniana palaeopolis confidit in ignes,
 Angor misellos, plangor & ciues habet.
 Improtecti ea damna ferunt accepta Gradiuo,
 Licet quod libet sibi ratio nefas.
 Huc tandem; noue Praesul ades, quod nomen adumbrat
 SIS Æ PARENS. CUSTOS PIVS SIS CIVIVM.
 ALBERTVS KIEMLICIVS.



II.

MARTINVS SYSSCOWIVS


DEI GRATIA EPISCOPVS PLOCENSIS.

ANAGRAMMATISMVS.

VENITO PRINCEPS PACIS MISSVS.
SOLARI CIVES TVOS GAUDIIS.

T *Urbamenta rei nos vidimus haectenus agri,
Sancta quietis amuli
In te res Praesul, tota inclinata recumbit,
Pacata nobis tempora
Tu refer, hinc mortem, procul hinc Martemq; fugando,
VENITO tandem poscimus.
O PRINCEPS PACIS SOLARI MISSVS ab alto es
Qui GAUDIIS CIVES TVOS.*

VALENTINVS KOSSOVCKI.


VIRTUTEM MVSA TY-
PVSQVE PERENNAT.

P *Ergite Naruiades SZISCOVI extendere laudes,
Praesulis, eius honos cuncta per ora volet.
Cuncta per ora virum volet is cunctasq; per oras,
Carmine sit celebris fama decusq; pio.
Vivat & extentum fete eius nomen in suum
A sera dignum posteritate cani.
Vos quoq; Passarides, vos Brunoricq; Camæna,
A quibus vrbs clarum Patria nomen habet.*

*Si SZISCOVIADÆ duo, vestra Lycea, Nepotes,
 Præfulis, Aonidum pignora cara, colunt.
 Si Conuictorum decora ampla penatibus addunt,
 Vos pariter Patrum condecorate pium.
 Naruiadumq̄, typo vestro decus addite Musis,
 Vestra ope, vestra opera sit labor iste super.
 Hoc erit, hoc Cedrinis laudes inarasse tabellis.
 Virtutem prohibent MUSA Typusq̄, mori.*

D. Nico-
 laus &
 Georgi9
 Szyfko
 vviki.

MATTHÆVS WICHMAN.
 Brunbergenfis.

ILLVSTRISSIMVS AC
 REVERENDISSIMVS IN CHRI-
 STO PATER ET DOMINVS DOMINVS
 MARTINVS SISCOVIVS DEI GRATIA
 EPISCOPVS PLOCENSIS.

ANAGRAMMATISMVS.

O Princeps diu desiderate, sis iam pius custos loci huius, sis
 ornamentum, sis Pastor Ciuium, illustrans omnes
 & dirigens curia-

Iliacos nunquam muros Troiana iuuentus,
 Vidisset olim, æquata vel pergama solo;
 Mænia Dardanidum, si quo custode fuissent
 Donata sic fuere tanto tempore
 Nostra etiam non tuta satis vel Pergama, Præsul
 Vel ipsa te, custode tantisper carens

*Vita; sed innumeros experti saepe timores,
 Desiderabant te tui ciues Patrem,
 Pastoremq; Loci huius, custodemq; videre;
 O IAM DIV DESIDERATE SIS, Pater
 ORNAMENTVM HVIVS CVSTOSq; LOCI PIVS, & iam
 Exinde SIS PASTOR tuorum CIVIVM.
 ILLVSTRANS OMNES proprijs virtutibus & nos
 Ciues in astra DIRIGENS CVRIS tuos
 Sint procul hinc Mauors, procul & Bellona, tumultus
 Amoliat; sit quies; Adest enim
 CVSTOS Poltonicam qui post hac protegat urbem
 Tutam is idem, Consus & nobis erit.*

JACOBVS TARNOWSKI.

II.
 ILLVSTRISSIMVS AC
 REVERENDISSIMVS IN CHRI-
 STO PATER ET DOMINVS DOMINVS
 MARTINVS SISCOVIVS DEI GRATIA
 EPISCOPVS PLOCENSIS.

ANAGRAMMATISMVS.

Gratissimus es cunctis, & eris, o Praesul clarissime, diu te nos
 desiderauimus sis, nunc ouium Christi Domini Pastor,
 populi sinus.

Cynthius Herculei peragranit signa Leonis,
 Per innuba: vectusq; virginis inbar.

Ancipi-

Ancipiti noctes equavit lance diebus,
Nepa q̄ pressa tela chironis tenet.
Præperis hæc per Æastra soror pulcherrima Phæbi,
Egit ingales quinquies ferè suos.
Ignere collecto complens sua cornua Phæbe,
Antistes ex quo te manemus anxij.
Non ita sollicitantur oues Pastore reposto,
Nec pusiones matris abrepti sinu.
Omne reformidant hominum genus, omne ferarum.
Cessant nec angiquàm prius cernant suos.
Cernimus ut nos te Præsul fugit anxia cura,
Functa q̄ Musis Gratia arrident tibi.
Quam sit hic aduentus gratus tuus, exprimit ipsum,
Honore mactum tute quod nomen geris.
ES GRATISSIMVS, O ET ERIS CLARISSIME PRÆSVL,
CUNCTIS; DIV TE NOS DESIDERAVIMVS.
NUNC DOMINI SIS CHRISTIOVIVM, Christo auspice PA-
Sis qui tibi se credidit POPVLI SINVS. (STOR,
ADAMI KARSKI.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



8108
5



482

8108/5

